



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 67. Condemnatio, ac obitus aliorum hæreticorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI. quingentesimo quinquagesimo sexto, æ-
A. C. 1556. tatis suæ sexagesimo septimo infelicem
 animam suam exhalavit.

§. LXVII.

*Condemnatio, ac obitus aliorum
 hæreticorum.*

Thuan. l. 17. Præter Cranmerum extremo suppicio
 sublatum; adhuc alii Hæretici in
 Anglia fuere castigati, quos inter præ-
 primis erant Joannes Thomas Wirthle
 Sacerdos, quidam Nobilis nomine Bert-
 letus Green, tres opifices, ac duæ mu-
 lieres, quæ cum ceteris Smithfieldæ in
 publico Londinensi foro combusti fuere.
 Paulopost eodem suppicio affectus est
 Cantuariæ quidam juvenis unacum qua-
 tuor foeminis: Mense autem Aprili pa-
 riter duæ Mulieres Gippevici crema-
 bantur, & Sarisberii itidem tres ar-
 tifices, ac Rossæ alii flammis combusti
 perierunt. Denique Bonnerus sex alios
 Opifices capi jussérat, quos habita quæ-
 stione hæresi infectos cognoverat, qua-
 propter eis usque ad vesperam delibe-
 randi spatiū indulſit, an suos errores
 abjurare, vel potius inter flamas vi-
 tam finire vellent: qui cum rogi suppli-
 cium feligerent, in Clocestriensi etiam
 urbe puniti fuere. Refert Burnetus,
 quod in Insula Garnsejenſi quædam mu-
 lier capitali sententia plexa fuerit una-
 cum

cum duabus suis filiabus, quarum una **Sæcul. XVI.**
 erat nupta, atque gravida, quæ ex flam- **A.C 1556.**
 marum vi fœtum enixa est, quo conspe-
 cto adstantium quidam ceteris huma-
 nior prolem de flammis extraxit: verum
 post levem deliberationem a carnifici-
 bus innoxia proles rufus in ignem in-
 jecta est. Hoc facinus adeo horrendum
 videbatur, ut regnante Elisabetha in
 Garnsejensem Decanum, novemque a-
 lios hujus sævitiae conscos inquirere-
 tur, quamvis Regina illis omnibus ple-
 nam delicti veniam per Regias literas
 concessisset, eoquod ejusmodi facinus,
 licet omnino barbarum videretur, ad-
 hac tamen tolerari posset, ut senten-
 tiæ latæ executio integre adimplere-
 tur (*).

§. LXVIII.

Cardinalis Polus in Cantuariensem Archiepiscopum electus.

Eadem, qua Cranmerus obiit, die Po- **Act. publ.**
 lus Cardinalis in Cantuariensem Ar- **Angl. tom.**
 chiepiscopum inaugurabatur, assistenti- **XV. p. 432.**
 bus Eboracensi Archiepiscopo, Londi- **Burnet. to. 2.**
 nensi, **l. 2. p. 509.**
Ciacon. in
vita Poli

(*) Cum hæc Historia non alium habeat te- **tom. 3. p. 635.**
 stem, quam Burnetum suspectæ fidei Scripto-
 rem, merito inter fabulas in Catholicorum o-
 dium confictas recensetur.